



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio LXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

M. L. RESOLV TIONES DE VIRTUTE IN
recte intelligendi, ut errans credat dei gratiā hic dāri. Ipsi enim
non exponunt, ne sibi ipsis contradicere cogantur, aut menda-
ces inueniantur, quod paruum dixerint magnum.

C O N C L V S I O L X V I I I .

Sunt reuera minime ad gratiam dei & crucis pietatem
comparatae.

I M M O comparatae ad dei gratiam, sunt nihil & nullae, cum
potius contraria operentur gratiae dei, tamen propter ignauos
& pigros toleratae. Et patet ex dictis.

C O N C L V S I O L X I X .

Tenentur Episcopi & Curati ueniarum Apostolicarū,
Commissarios cum omni reuerentia admittere.

Q V I A authoritati papali, in omnibus cum reuerentia ce-
dendum est. Qui enim potestati resistit, resistit dei ordinationi,
qui autem deo resistunt, ipsis libi damnationē acquirunt. Et do-
minus ipse, Qui uos spernit, me spernit. Igitur licet in rebus exi-
guis, nihilo tamen minus, q̄ in magnis, authoritati cedendum.
Hinc illud etiam uenit, quod & si Papa ferret iniustas sententi-
as, timenda tamen sunt, & ut Carolus inquit Imperator, Quic-
quid imposuerit, quantumuis graue sit, ferendum est, sicut & ex
perientia uidemus fieri ab Ecclesia, quæ certe infinitis oneribus
hodie premitur, & tamen pie & humiliter fert quieta. Id tamen
intelligendum est, ne quis in erroneam conscientiā ueniat, qua-
si ideo sint timenda iniustae sententiae, quia sint approbadæ tan-
q̄ iustæ, ab ijs, qui debent eas timere, Cū ipsem P ontifex, alijs
decernat ab Ecclesia ligari, qui tamen coram deo ligati nō sunt,
& cogit eos ligationem ferre, nec eis nocet talis ligatio, quia est
poena tantum, & timeri debet, non autem scrupulum consciencie
facere, sicut timere debemus deum, in omni alia uiolentia,
etiam prophana, & non per contemptū superbe reluctari. Ita &
onera sunt ferenda, nō quod recte fiant, & approbanda sint, sed
ut flagella a deo inflicta, & humiliter portanda. Quare senten-
tiæ iniustæ & onera sunt timenda, non propter illud uerbum,
Quodcunq; ligaueris, sed propter illud generale præceptum, E-
sto consentiens aduersario tuo in via. Et illud, Qui te percussit

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

In maxilla dexteram, præbe ei & sinistram &c. Et Ro. xij. Non defendantes uosmetipsoſ &c. Si enim hoc eſſet consiliū (ut multi etiam Theologi uidentur errare) tunc liceret eadem libertate resistere Papæ in ſuis oneribus & ſententijs iniuſtis, qua Turco, uel alijs aduersarijs, ſed nullis prorsus eſt rēſiſtendum, licet nō ſit eorum opus approbandum, ne ſit error in conſcientia. Sed hæc materia neceſſaria ualde, aliud tempus, & opus poſtulaſt.

C O N C V S I O L X X .

Sed magis tenent oībus oculis intendere, oībus aurībus aduertere, ne pro cōmiſſione Papæ illi ſua ſomnia p̄dicerent.

PROB A T I S S I M A eſt regula illa iuristarum, papam in omnibus confeſſionibus ſic agere, ut nulli alteri præiudicet, niſi id faciat expreſſa mentione, & plenitudinis poſteſtate, ut docet quoq; moſ Curiaꝝ atq; ſtilus. Quare certiſſimū eſt, quod dans in diulgentias, uult eas eſſe nihil plus quam in diulgentias, neq; aliꝝ quid ualere, q̄ꝝ quod natura ſua ualent, permittit aut ualere, quātū ualent, contentus quod dederit, niſq; enī declarat ualore earum. Hæc eſt cōmiſſio Papæ. At noſtri præcones ultra proceſſunt, & non ſolū iactitat per pulpita, quod ſint Papæ, quos rectius pappos alij putant. Verū & nomini coniungunt officiū, tam Papæ q̄ꝝ Ecclesiæ, ac nobis uelut e cœlo ſtatuiunt & pronun- ciant cū fiducia quid ſint, imo longiſſime ultra q̄ ſint, & eſſe unq; poſſint indulgentiæ, ut uel ex libro ſuo poſteſt probari nouiſſimo. Horū itaq; ſomnia, tenentur Epifcopi prohibere, ne ſinante lupos intrare ouilia Christi, ſicut expreſſe præcipitur, libro v. de pœ. & re. ca. Cum ex eo, Et Cle. eodē. ca. Abuſionib⁹. ut nihil p- mittant populo proponere, q̄ꝝ quod in eorum literis cōtinetur.

C O N C L V S I O L X X I .

Contra ueritatem Apostolicarum ueniarum qui loqui- tur, ſit ille anathema & maledictus.

Q VI A & ſi res parua ſit, ueniarum largitio, respectu gratiæ dei, & ad tantum boatum prædicantium eas, tamen contra po- testatem ſuperbe agit, qui contra dixerit, ideo merito maledice- tur, cum obedientia Ecclesiastica eo ſit mirabilior, quo etiam in uilioribus ſuo ſenſu cedit, & humiliatur. Quæ autem ſit ueritas

K iij